SYNTHESES

Pharmaco-poeseos utriusque è codice medicamentario de promptæ celeberrimo Parisiensium Magistrorum ordini exponendæ. Deo Duce et moderatore Antonio Ludovico Brongniart Pharmacopeo Parisiensi in Collegio Pharmacopeorum Parisiensium Chemiæ phisices nec non historiæ Naturalis Demonstratore.

E. Galenicis.

Syrupus de Kina Kina

℞ Kinæ Kinæ subtilissime tritæ, ... Uncias quatuor.
bulliant in aquæ limpidæ .... Libris octo.
ad dimidiæ partis consumptionem.
Colatura turbida vaporet .... ad Libras circiter duas
Cum adde Saccari .... Libram unam.
Coque in Syrupum.

Pulvis Lætificans

℞ Croci optimi
Zedoariæ
Xiloaloes
Caryophyllorum
Corticis mali Citrei sicci
Galangæ minoris
Macis
Nucis Moschatæ
Styracis calamitæ
Seminum ocymi
anisi, } ana Drachmas Duas et semis.
Rasuræ Eboris
Thymi
Epithymi
Margaritarum præparatarum
ossis è Corde Cervi } ana Drachmam unam.
Caphuræ
Ambaræ Cineritiæ } ana Semi Drachmam.
Moschi orientalis .... Semi Scrupulum.
fiat pulvis Secundum artem.

Opiata Salomonis

℞ Radicum Siccatorum acori Veri,
Enulæ Campanæ
fraxinellæ } ana uncias quatuor.
Contrayervæ .... Drachmam unam.
Gentianæ .... Drachmas Duas.
Ligni aloes .... Drachmas Duas.
Corticum Canellæ albæ
Cascarillæ
Cinnamomi
Limonum Siccatorum } ana Drachmas Duas.
Macis
Baccarum Juniperi
Caryophyllorum } ana Drachmam unam.
Seminis contra Vermes .... Semi unciam.
Seminum mundatorum cardamomi minoris .... Drachmam unam.
Cardui benedicti
Limonum
foliorum dictamni cretici
florum rosarum rubrarum Exungulatarum } ana Semi unciam.
Rasuræ cornu cervi .... Drachmas Duas.
fiat omnium pulvis tenuissimus. Tum.

℞ Saccari rosati
Corticis Citrei Saccharo conditi } ana uncias octo.
Conservæ florum buglossi
Roris marini
Cunicæ } ana uncias Duas.
Mithridatii .... Unciam unam.
Ex omnibus rite Mixtis, cum Syrupi de Limonibus .... Sufficienti quantitate.
fiat Secundum artem opiata.

Dentifricium

℞ Coralliorum Rubrorum,
ossis Sepiæ
Sanguinis Draconis } ana Drachmam unam
Cinnamomi pulverati .... Semi Drachmam.
Lacæ Granulosæ .... Grana octo.
olei Caryophyllorum .... Guttas quatuor.
Mellis narbonensis
ad opiatæ consistentiam .... quantitatem Sufficientem.

Vnguentum Ægyptiacum

℞ Mellis optimi .... Uncias quatuordecim.
aceti fortis .... Uncias Septem.
Viridis æris pulverati .... Uncias quinque.
Coquantur Simul ad æris dissolutionem, ita ut unguento debita Spissitas et purpureus color accedant.

Emplastrum abbatis de Graco.

℞ Olei Rosati, ... Uncias Sexdecim
Succi Rosarum pallidarum defæcati
Lithargyri præparati } ana uncias octo.
plumbi albi præparati .... Uncias Duas.
Coquantur ex arte in Emplastri Consistentiam.
adde ceræ flavæ .... Uncias quatuor
fiat Emplastrum Secundum artem.

E. Chemicis.

Flores Sulphuris

℞ Sulphuris Communis Contriti .... Quantum Volueris.
Inde Cucurbitæ Suo capitello Vitreo instructæ, (vel idoneis vasculis sibi invicem Superpositis, vulgo aludels.) igne arenæ sublima; identidem capitellum renova et flores collige, donec totum Sulphur, relictis in fundo fæcibus ascenderit.

Tartarus Chalibeatus.

℞ Tartari albi Crudi pulverati .... Libram unam
Limaturæ ferri præparatæ .... Uncias quatuor.
Misce Bulliant in
aquæ communis circiter .... Libris Duodecim.
Soluto Tartaro, Liquorem calide filtra per manicam.
Repone in cellâ ut Crystalli concrescant. his exemptis bulliat iterum liquor, vaporet ad pelliculam, procede ut Supra, donec omnes Crystallos obtinueris.

Sal Polycrestum.

℞ Nitri pulverati
florum Sulphuris } ana Libras Duas
Mixta per Vices; projice in crucibulum candens, nec nova projiciatur materia, quin prior prorsus deflagraverit. absolutâ deflagratione per horam ignem urge. Massam refrigeratam et ex aquâ calente Solutam filtra. Vaporet ad pelliculam Et Crystallos ex arte para. Servetur etiam illud Sal in officinis Crystallisatum. Crystallorum Enim figuræ Salis Indolem Judicant.

Lapis Medicamentosus

℞ Vitrioli ad rubedinem Calcinati .... Uncias Duas.
Lithargyri
Boli armenæ
aluminis } ana uncias quatuor
Impositis in ollâ fictili vitreatâ affunde aceti acerrimi .... Quantum Satis.
ad Supereminentiam Duorum digitorum.
Vase obturato macerentur per duos tres-ve dies, identidem materiam agitando. Tum adde.
Salis Nitri .... Uncias octo.
Salis ammoniaci .... Uncias Duas.
Coque igne lento ad exsiccationem. Massam exsiccatam Superstitem Calcina igne vehemente per horam. Exime et Serva ad usum.

Sulphur auratum antimonii

℞ Scorias reguli antimonii
Coque in aquâ uberrimâ per Semi horam. filtra Collaturæ instilla acetum, et præcipitabitur Sulphur auratum, quod pluries abluendum est.

Regulus antimonii.

℞ Antimonii Crudi .... Libram unam.
Tartari Crudi .... Uncias Duodecim.
Nitri puri .... Uncias Sex.
Seorsim et tenuissime trita, mixta que in Crucibulum Candens cochleatim injice, Singulis Vicibus detonent Cooperto Crucibulo. omni detonatione peracta augeatur ignis donec fluida fiat materia; hanc fluentem in conum ferreum Calefactum illitum que Sebo effunde concute conum. Solidescet materia. Regulum exime a Scoriis Separandum Ictu Mallei.

1°. Selectis ut artis est, et publice expositis materialibus Supra Scriptis die undecima mensis Januarii anni R. S. H. 1779 hora nona matutina horum historiam naturalem, et omnia quæ ad practicam pertinent Enarrare ac demonstrare tentabit.
Dein diebus quatuor Subsequentibus ad operationes exsequendas manum et industriam admovebit.
Denique Die Syntheses perfectas expertissimorum Magistrorum oculis Subjiciet.

In Collegio Pharmaciæ via vulgo dicta de L'arbalestre

Petrus Moringlane, Tarbelli
Pro Solemni Cooptatione

Dedimus et Vidimus die quarta januarii anni 1779.
Brun, Simonne, Bacqueriet

has præparationes codice parisiensi depromptas vidimus et probavimus Le Preux prior pharmaciæ professor
Dethnahz Decanus, Philip pharmaciæ professor alter

Mr Moringlan.